



Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma libelli in actione reali [et] hoc in petitorio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

actio ex testamento cōpetens pro hereditate ex trebelliano restituenda / et actio exēpto cōpetit quādo tota hereditas emitur. Actio generalis est quando generaliter p pluribus suppositis agitur vt ē actio tutelae / negotiorū gestorū et similes. Actio singularis est quādo p aliqua re vel aliquibus reb⁹ singularib⁹ actio dirigif / de quo etiā de libel. obla. c. ii. et in specu. de actio. et peti. §. ii. Secūdu naturā et qualitatem actionē hūmōi debet formari libellus. et aliter specificatio fit in vna q̄ in alia / qualis ergo specificatio in qualibet istarū exigitur patet in sequētib⁹.

Forma libelli in actione reali et hoc in petitorio

Libellus ergo in actione reali sic constituitur **C**oram vobis honorabili viro domino decano ecclesie sancte marie talis diocesis / iudice cause et partium infra scriptarū a sede ap. specialiter delegato **E**t si est ordinarius / coram vobis honorabili viro dño epō vel archiepō vel officiali / sic pponit pcurator et pcuratorio nomine. **A.** talis clerici v^{el} layci talis diocesis conquerendo in iure aduersus. **B.** talem clericum vel laycum talis diocesis et quecumq; alium in iudicio pro eo legitime interuentē / dicit q̄ licet fundus et campus etc. in tali oppido talis diocesis situs cuius confines inferius conscribunt ad memoratus. **A.** pertinerent et pertineant / tamē predictus. **B.** eundem fundus per tot annos detinuit et occupauit prout detinet et occupat / fructusq; qui ex eo pro tempore huiusmodi peruenerūt recepit et sibi imburseuit ac puenientes recipit et iburseat: et huiusmodi fundus occupare et predicto. **A.**

liberum et vacuum dimittere et assignare seu restituere cum fructibus ut premititur inde preceptis contradicit in periculum anime sue / quare agit et petit procurator predictus prefato nomine / quatenus cognitio quantum sufficit de premissis pronuncietis decernatis et declaretis supradictum fundum ad antedictum pertinuisse ac pertinere predictumque. **B.** eum indebite ac illicite occupasse ac occupare / ac ipsum fundum eidem. **A.** ad iudicandum fore et ad iudicetis / predictumque. **B.** ut fundum huiusmodi **A.** liberum et vacuum dimittat restituat et assignet / et fructus ut prefertur perceptos vel eorum valorem quem ad tot libras denariorum pro singulis annis estimat vestra tamen et aliorum quorum interest estimatione salva tradat seu persolvat condennandum et compellendum esse ac condennetis et compellatis per vestram definitivam sententiam censuram ecclesiasticam / et alia remedia oportuna hec petit constitutis et divisim una cum expensis actis vel factis ac fructus tempore litis percipiendis ad probationem necessariam et non ultra se astringens salvo nichilominus iure addendi / minuendi. **rc.** **L**ines vero sunt sales.

¶ Declaratio forme libelli.

Declaratio materie huius libelli et circa ipsius formam multa subtilia difficulta a doctoribus solent tractari / et magna est questio legistarum a quibus principis causetur rei vindicatio / sed dicitur communiter quod a domino actoris et possessioe rei. **Itē sciendum quod circa presentem declarationem libelli aliq**
 e iij